

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani**

**[S.l.], 1745**

[Epiphania]

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)

*Ant.*  
**S** Ub thro no Dei omnes sancti  
 cla mant: vin di ca fan gui nem nos trum  
 De us nos ter. 8.

*Reliqua, ut in die. 215.*

*Post Orationem Ss. Innocentium fit commemor. de  
 Vigilia Epiphania. Antiph. Puer Iesus. 222.*

*☩. Notum fecit Dominus, alleluia.*

*℞. Salutare suum, alleluia.*

*Oratio. Omnipotens sempiternae Deus. 220.*

*Deinde fit commemor. S. Telesphori Pap. & Mart.*

*Antiph. Iste Sanctus. ☩. Gloria, & honore.*

*Oratio. Deus, qui nos beati. de communi un. Mart.*

## IN VIGILIA.

Epiphania.

*Officium fit semiduplex.*

*Per Horas Antiphon. dicuntur. ut in Octava Na-  
 tivitat. 224. Reliqua, ut in Dominica infra Octa-  
 vam Nativitatis. 219.*

AD PRIMAM. *Antiph.*

O admirabile. 224. *℞. br. Christe Fili. &c.*

*☩. Qui natus es de Maria Virgine.*

Q 2

Et



## IN EPIPHANIA DOMINI.

*Et non dicuntur Preces.**Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum No-  
na. Itaque jam non est servus. 221.*AD TERTIAM. *Antiph.*

Quando natus es. 225.

*Capitulum. Fratres, quanto tempore. R. br. Ver-  
bum caro factum. 221.**Oratio. Omnipotens sempiterne Deus. ut in Domi-  
nica infra Octav. Nat. 220.*AD SEXTAM. *Antiph.*

Rubum quem viderat. 225.

*Capitulum. At ubi venit. R. br. Notum fecit. 221.*AD NONAM. *Antiph.*

Ecce Maria. 227.

*Capitulum. Itaque jam non est.**R. br. Viderunt omnes. 221.**Vesperæ de Epiphania duplex.*IN EPIPHANIA  
DOMINI.AD VESPERAS. *Antiph.**Ant.*

A

N te lu ci fe rum ge ni tus,



&amp; an te sæ cu la, Do mi nus

Sal-



IN EPIPHANIA DOMINI.

245





Sal va tor no ster ho di e mun-



do ap pa ru it. 2.

*Psal. Dixit Dominus. cum reliquis de Domin. 60.  
Et loco ult. Psal. Laudate Dñm omnes Gentes. 70.*



Q 3

*Ant.*



*Ant.***A**

per tis thesauris suis, ob-

tu lerunt Magi Domino aurum,

thus, &amp; Myrrham, al le lu ia.

I.

*Antiph.***M**

A ri a &amp; flu mi na be ne-

di ci te Domino: hymnum di ci te fontes

Domino, al le lu ia. 4.

Stella



Ant

**S**

Tella if ta si cut flamma co rus cat,

&amp; Re gem re gum De um demon strat: Ma-

gi e am vi derunt, &amp; magno

Regi munera ob tulerunt.

7.

Capitulum. *Isaia. 60.*

**S**Urge, illuminare Jerúsalem, quia venit lumen  
 tuum, & glória Dómini super te orta est.  
 & Deo gratias.

## HYMNUS.


**C**

Ru de lis	He ro des,	De um *
I bant Ma	gi, quam vi	de rant,
La va cra	pu ri gur	gi tis
No vum ge	nus po ten	ti æ:
JE su ti	bi fit glo	ri a,

Q 4

Re-






Regem ve ni re quid ti mes? \*  
 Stellam se quen tes præ vi am:  
 Cœlef tis Ag nus at ti git:  
 A quæ ru bes cunt hy dri æ,  
 Qui ap pa ru if ti Gen ti bus,



Non e ri pit mor ta li a, \*  
 Lu men re qui runt lu mi ne:  
 Pec ca ta, quæ non de tu lit,  
 Vi nûm que ius sa fun de re,  
 Cum Pa tre, & al mo Spi ritu,



Qui reg na dat cœ les ti a,  
 De um fa ten tur mu ne re.  
 Nos ab lu en do sus tu lit.  
 Mu ta vit un da o ri ginem.  
 In sem pi ter na sæ cu la. Amen.

*Sic terminantur Hymni per totam Octavam.*

♫. Reges Tharfis, & insulæ mûnera ôfferent.  
 ♫. Reges Arabum, & Saba dona addûcent.

Ad Magnificat. *Antiphona.*



A gi vi den tes stellam,



di xe runt ad in vi cem: Hoc signum mag-  
 ni Re gis est: E a mus & in qui-  
 ra mus e um, & of fe ra mus ei  
 mu ne ra , aurum, thus, & myrrham,  
 al le lu ia. 8.

Oratio.

**D**EUS, qui hodierna die Unigenitum tuum gēti-  
 bus stellâ duce revelâsti: concède propitius;  
 ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contem-  
 plandam sp̄ciem tuæ celsitudinis perducâmur. Per  
 eundem Dōminum.

AD PRIMAM. *Antiph.*

Ante Luciferum. 244.

Rz. br. Christe Fili Dei vivi.

V. Qui apparuisti hodie.

*Et sic dicitur per totam Octavam.*

Q 5

AD



Venit lumen tuum. 245.

*Capitulum.* Surge illuminare. 247.

*R. br.* Reges Tharsis & insulæ munera offerent, \*

Alleluia, alleluia. *R.* Reges Tharsis.

*V.* Reges Arabum & Saba dona adducent.

*R.* Alleluia, alleluia.

Gloria Patri. *R.* Reges Tharsis.

*V.* Omnes de Saba venient, alleluia.

*R.* Aurum & thus deferentes, alleluia.

Apertis thesauris suis. 246.

*Capitulum.* *Isaia. 60.*

**L**Eva in circúitu óculos tuos, & vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi: filii tui de longè vénient, & filiax tuæ de látere surgent. *R.* Deo grátias.

*R. br.* Omnes de Saba venient, Alleluia, alleluia.

*R.* Omnes.

*V.* Aurum & thus deferentes. *R.* Alleluia.

Gloria Patri. *R.* Omnes.

*V.* Adoráte Dóminum, alleluia.

*R.* In aula sancta ejus, alleluia.

Stella ista. 247.

*Capitulum.* *Isaia 60.*

**O**Mnes de Saba vénient, aurum & thus deferentes, & laudem Dómino annuntiántes.

*R.* Deo grátias.

*R. br.* Adorate Dominum, Alleluia, alleluia.

*R.* Adorate.

*V.* In



IN EPIPHANIA DOMINI.

251

☩. In aula sancta ejus. *R.* Alleluia.

Gloria Patri, *R.* Adorate Dominum:

☩. Adorate Deum, alleluia.

*R.* Omnes Angeli ejus, alleluia.

AD II. VESPERAS.

*Antiph.* Ante luciferum. *cum reliquis ex I. Vesper.* 244. *Psalmus.* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica.* 60.

*Et sic dicitur per totam Octavam.*

*Capitulum.* Surge, illuminare.

*Hymnus.* Crudelis Herodes. ☩. Reges Tharsis.  
*ut supra.* 247.

Ad Magnificat.

*Antiphona.*

Ri bus mi ra cu lis or na-  
 tum di em san ctum co li mus:  
 ho die stel la Ma gos du xit ad  
 præ se pi um: ho die vi num ex  
 aqua



a qua factum est ad nup ti as: ho-  
 di e in Jor da ne à Jo an ne Christus  
 bap ti za ri vo lu it, ut  
 fal va ret nos. al le lu ia.

I.

*Oratio.* Deus, qui hodierna die. 249.

*Si Epiphania venerit in Sabbato, in secundis Vesperis fit commemor. Dominica infra Octavam. Antiph. Remansit. 256. ☩. Omnes de Saba. Oratio. Vota. 257.*

*Infra Octavam Epiphania si occurrat Festum Duplex vel semiduplex, transfertur post Octavam, nisi fuerit Patroni, vel Titularis Ecclesie, vel Dedicatio ejusdem, ut dicitur in Rubrica de Octavis: de Simplicibus verò fit commemoratio.*

Per



INFRA OCTAV. EPIPHANIÆ. 253

Per Horas, & ad Vesperas omnia ut in die Festi. 244.  
præter Antiphonas ad Magnificat, qua singulis die-  
bus habentur propria, ut sequitur.

De Dominica infra Octavam, in quamcunque  
diem Octava inciderit, fit Officium, ut infra ordina-  
tur. 257.

Post Dominicam verò continuantur dies Octava  
eodem numero, quo notantur, perinde ac si Domini-  
ca non intercessisset. Exempli gratia: Si Dominica  
venerit in tertia die infra Octavam, prima die post  
Dominicam Antiph. ad Magnificat dicentur de ter-  
tia die infra Octav. & sic deinceps de aliis.

SECUNDA DIE

Infra Octavam Epiphaniæ.

Ad Magnificat. Antiphona.

**V**identes stellam Magi, gavi fi-  
sunt gaudii magno: & intrantes Do-  
mum obtulerunt Domino aurum, thus,  
& Myrrham, alleluia.

7.



INFRA OCTAV. EPIPHANIE.  
TERTIA DIE.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

**L**ux de luce appa ru if ti  
 Chri ste, cu i Ma gi mu nera of fe-  
 runt al le lu ia, al le lu ia, al-  
 le lu ia. 8.

QUARTA DIE.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

**I**N ter ro ga bat Ma gos He ro des:  
 Quod si gnum vi dis tis su per na tum  
 Re-



Regem? stellam vi di mus ful gentem, cu-  
 jus splendor il lu minat mundum.

8.

QUINTA DIE.

Ad Magnificat. *Antiphon.*

**O**Mnes de Sa ba ve ni ent, au-  
 rum & thus de fe rentes, al le lu ia, al-  
 le lu ia.


8.

SEXTA DIE.

Ad Magnificat. *Antiphon.*

**A**D mo ni ti Ma gi in somnis





SABBATO INFRA OCTAVAM  
Epiphania.

AD VESPERAS.

Capitulum. Rom. 12.

**F**Ratres, obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. *R.* Deo gratias.

*Hymnus.* Crudelis Herodes. *ψ.* Reges Tharsis.  
*ut supra.* 247.

Ad Magnificat. *Antiphon.*



ejus,





ejus, ex if ti mantes il lum ef fe in  
co mi ta tu: & re quire bant e um  
in ter cog natos & no tos. 2.

Oratio.

**V**Ota, quæsumus Dómine, supplicántis pópuli cœlesti pietâte prosequere: ut & quæ agénda sunt, vídeant; & ad implénda, quæ víderint, convaléscant. Per Dominum.

*Deinde fit commemor. Epiph. per Antiph. quæ occurrit secundum ordinem dierum inf. Octav.*

☩. Omnes de Saba vénient, alleluia.

℞. Aurum & thus deferéntes, alleluia.

*Nisi dicta sit Antiph. Omnes de Saba. tunc enim legitur.*

☩. Adorâte Deum, alleluia.

℞. Omnes Angeli ejus, alleluia.

Oratio. Deus, qui hodierna die. 249.

## DOMINICA

Infra Octavam Epiphaniæ.

*Totum Officium dicitur de Epiph. præter Capitula, Antiph. ad Magnificat, & Orationem.*

R

Quan-



*Quando Epiphania in Dominica venerit, Sabbato sequenti fit Officium de Dominica, & Feria Sexta Vespera à Capitulo de Dominica, cum comemor. OEt av.*

AD PRIMAM. *Antiph.*

Ante Luciferum. 244.

AD TERTIAM. *Antiph.*

Venit lumen tuum. 245.

*Capitul.* Fratres, obsecro vos. 256.

*R. br.* Reges Tharsis & Insulæ munera offerent, \*

Alleluia, alleluia. *R.* Reges Tharsis.

*ŷ.* Reges Arabum, & Saba dona adducent.

*R.* Alleluia.

Gloria Patri. *R.* Reges Tharsis.

*ŷ.* Omnes de Saba venient, alleluia.

*R.* Aurum & thus deferentes, alleluia.

AD SEXTAM. *Antiph.*

Apertis thesauris suis. 246.

*Capitulum.* Rom. 12.

**D**ico enim per grátiam, quæ data est mihi, ómnibus, qui sunt inter vos: Non plus scápere, quàm oportet scápere, sed scápere ad sobrietátem. *R.* Deo gratias.

*R. br.* Omnes de Saba venient, \* Alleluia, alleluia.

*R.* Omnes de Saba.

*ŷ.* Aurum & thus deferentes. *R.* Alleluia.

Gloria Patri. *R.* Omnes de Saba.

*ŷ.* Adoráte Dóminum, alleluia.

*R.* In aula sancta ejus, alleluia.

AD NONAM. *Antiph.*

Stella ista. 247.

Capi-



Capitulum. Rom. 12. b.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra in Christo Jesu Domino nostro. R. Deo gratias.

R. br. Adorate Dominum, \* Alleluia, alleluia.

R. Adorate.

V. In aula sancta ejus. R. Alleluia.

Gloria Patri. R. Adorate.

V. Adorate Deum, alleluia.

R. Omnes Angeli ejus, alleluia.

AD II. VESPERAS.

Antiphona. Ante Luciferum. cum reliquis Antiphonis & Psalmis, ut in secundis Vesperis Epiphania. 251. Capitulum. Fratres, obsecro vos. 256.

Hymnus. Crudelis Herodes. 247. V. Reges Tharsis.

Ad Magnificat. Antiphona.

**F** I li, quid fecisti nobis sic?  
 e go & pa ter tu us do len tes  
 quære bamus te. Quid est, quòd me quære-  
 R 2 ba-



ba tis? nef ci e ba tis qui a in i is,  
 quæ Pa tris me i sunt, o por tet me  
 ef se. 8.

*Oratio.* Vota, quæsumus Domine. 257.

*Et fit commemor. de Epiph. Antiphon.* Tribus  
 miraculis. 251.

✠. Omnes de Saba vénient, alleluia.

✠. Aurum, & thus deferentes, alleluia.

*Oratio.* Deus, qui hodierna die. 249.

*Si Octava Epiphania venerit in Dominica, nihil fit de Dominica in ipsa die Octava, sed tantum in primis Vesperis diei Octavae fit Commemor. pro secundis Vesp. Dominica infra Octavam, de qua celebratum est Officium eo die, Antiphon. Fili, quid fecisti. ✠. Omnes de Saba. qui versus etiam dicitur, quando Octava Epiph. venerit in Feria II. pro commemor. Dominica in I. Vesp. diei Octavae.*

## IN DIE OCTAVA.

Epiphaniæ. Duplex.

*In primis Vesperis omnia dicuntur, sicut in primis Vesperis Epiphaniæ. 244. exceptâ oratione, quæ dicitur, ut sequitur.*

Ora-



Oratio.

**D**eus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis apparuit: præsta quæsumus; ut per eum, quem similem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereâmur. Qui tecum vivit, & regnat.

*Per Horas & ad secundas Vesperas omnia dicuntur, sicut in die Epiph. 249. exceptâ Oratione quæ est. Deus cujus Unigenitus. ut supra.*

*Si Octava Epiph. venerit in Sabbato, in II. Vesper. Octava fit commemor. Dominica secunda post Epiphaniam. Quando autem Septuagesima venerit in I. Dominica post Octav. Epiph. tunc in primo Sabbato post Octav. non impedito Festo IX. Lectio-num, alioquin prima die post Octavam, fiat Officium de Feria cum Oratione Dominice II. Post Epiph. Festum verò semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem similiter non impeditam.*

## DOMINICA I.

Post Epiphaniam.

*Quæ est infra Octavam, dicitur officium secundam superiorem Rubricam. 257.*

## SABBATO I. POST OCTAVAM

Epiphania.

*Ad Vesperas omnia, præter Orationem, ut in Psalterio. 105. quod servatur in aliis Sabbatis, usque ad Septuagesimam.*

Oratio.

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui cœlestia simul & terræna moderâris: supplicatiões pópuli tui

R 3

cle-



cleménter exáudi, & pacem tuam nostris concède  
tempóribus. Per Dominum.

*Deinde sunt commemorations ibidem posita ut in  
Psalterio. 114.*

## DOMINICA. II.

Post Epiphaniam.

*Ad Horas, & Vesperas, omnia ut in Psalterio de  
Dominica.*

AD Magnificat. *Antiph.*

**D** E f i c i e n t e v i n o, j u s s i t  
J E s u s i m p l e r i h y d r i a s a q u a, q u æ  
i n v i n u m c o n v e r s a e s t, a l l e  
l u i a. I.

*Oratio. Omnipotens sempiterne Deus. ut supra. 261.*

*Deinde sunt commemor. ut supra in Vesper. Sab-  
bat. 114.*

*Post Octav. Epiphan. usque ad Quadrages. quan-  
do occurrit feri de feria, sit Officium ut in Psalterio.  
ex-*



DOMIN. III. POST EPIPH. 263

*exceptis iis, quæ sunt propria. Oratio verò dicitur de Dominica precedenti.*

SABBATO

AD VESPERAS. Oratio.

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende. Per Dominum.

DOMINICA. III.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiph.*

**D** O mi ne si vis, po tes  
me munda re: & a it JE-  
fus: vo lo, mun da re. I.

SABBATO.

AD VESPERAS. Oratio.

**D**eus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis; ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dominum.

R 4 DO-



## DOMINICA. IV.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiph.*

D O mi ne, sal va nos, pe ri-  
mus: im pe ra, & fac De us tranquilli-  
ta tem. 1.

## SABBATO

AD VESPERAS.

Oratio.

FAMILIAM tuam, quæsumus Dómine, contína pîe-  
tâte custódi: ut quæ in sola spe grátia cœlestis  
innítitur, tua semper protectiône muniâtur. Per  
Dóminum nostrum.

## DOMINICA V.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

C Ol li gi te primùm Zi za ni a, &





& al li ga te e a in fas-  
ci cu los ad combu ren dum: tri ti cum  
au tem con gre ga te in hor re um meum,  
di cit Do mi nus. I.

SABBATO.  
AD VESPERAS.

Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, Omnipotens Deus: ut semper  
rationabilia meditantés, quæ tibi sunt placita, &  
dictis exequamur, & factis. Per Dominum.

DOMINICA VI.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiphon.*



**S** I mi le est regnum coe lo rum  
R 5 fer-



fer mento, quod ac cep tum mu li er ab-  
 scondit in fa ri næ fa tis tri bus,  
 do nec fermenta tum est to tum.

I.

*Si aliquod Festum Duplex celebretur in Sabbato ante Septuagesimam, in II. Vesper. post Orationem Festi fit commemor. de Dominica: & in fine dicitur. Benedicamus Domino, Alleluia, alleluia. &c. ut infra.*

## SABBATO

Ante Septuagesimam.

AD VESPERAS.

Capitulum. 1. Cor. 9. d.

**F**Ratres, nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? sic currite, ut comprehendatis. *R.* Deo gratias.

*Hymnus.* Jam sol recedit igneus. &c. 112.

*V.* Vespertina Oratio. 113.

Ad